

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Bonaventuræ Episcopi Cardinalis Albanensis, Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De remediis specialibus singulorum vitiorum. Cap. XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

bulatio aduersitatis: vt labor, infirmitas, persecutio, tērationes, infamia, & similia. Quia sicut lima purgat & splēdere facit metallum: ita tribulatio & angustia & afflictio abrasit rubiginem vitiorū. vnde Gregorius: Qui desiderat plenē vitia vincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare.] Si autem primō est amara ad sustinendum aduersitas, per consuetudinem continuam fit de die in diē tolerabilior, quousque iam non curetur vel etiam diligatur propter profectum sanitatis, quæ inde pronenire sentitur. Exemplum de cauterio, quod primō acerbum est, sed emortua carne iam non doler, & superfluos humores educit. Vnde orat Propheta, Proba me Domine & tenta me: vre renes meos & cor meum. Septimum est continua mortis & operum retributionis mediatio, quæ facit vitia timere, & virtutibus insistere. Sicut autem arte medicinæ contraria contrariis curantur, ita vitia contrariis exercitiorum remediis sanantur: vt superbia humilatione, gula sobrietate, impatientia aduersitate, & sic de cæteris.

Hom. 25. in
Euang.

Psal. 25. 2

De remediis specialibus singulorum vitiorum.

CAP. XXVI.

NVNC ergo de specialibus remediis singulorum vitiorum videndum est; quæ si non omnia possumus scire vel describere, pauca tamen de pluribus cōsideremus: sicut pauperes qui nō possunt multas medicinarum diuersitates & efficaces habere, conficiunt de vilibus herbis ynguenta quibus liniunt dolores suos.

M. S. De